

P V I S



1 6 0 3



CARMEN HEROICVM

Insignia Megalandri Lutheri complectens.

CVI ANNE
XA EST ELEGIA, IN
LAUDEM PANACEÆ AMWAL-

dinæ, eiusque autoris sua arce Dürnhouia inter
Onolzbacum & Dünckespüllum

sita degentis,

facta

A BENEDICTO FIGVLO
Vrenhouio.

Cl. 2310



cl.

STVTGARDIÆ,

Imprimebat Marcus Fürsterus,

M. DC.



CHARMEN HERZOGYM

1840

CVI ANNE

IN VIDEI PRINCEPS

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840

1840



NOBILISSIMO

ET PRÆCLARISSIMO

VIRO, DOMINO GEORGIO AM

& vom Wald, LL. Licentiato, Philosophiæ & Medicinæ

Vriusque Doctori Celeberrimo, Dño ac Meccenati amicis-

simo; Imò verè Parenti plurimùm venerando, gratitu-

dinis ergò dedicat & consecrat hoc Carmen He-

roicum, Insignia D. Martini Lutheri

complectens:

BENEDICTVS FIGVLVS

Pastor Lipprichusanus.

INSIGNIA D. MAR-

TINI LUTHERI.

Des Menschen Hertz auff Rosen geht/

Wenno mitten vnterm Creuke sieht.

I N S I G N I A
D. M. L V T H E R I,
P I Æ E T S A N C T Æ M E M O R I Æ,
C A R M I N E E X P R E S S A H E R O I C O.

Nunc quoniam (Multū mihi de venerande Patrone,
Magne nouenarum Dux Am-Waldine Dearum,
Inclyte Appollineæ Præses, fax, stella cateruæ:
Qui reliquis Medicis, re, factis, laudibus amplis
Altior existis, famaꝫ celebrior orbe)
Vndiqꝫ circumstant nos sæua pericla malorum,
Et Deus irarum plenas effundit habenas,
Dum Cœlum tonat, aura sonat, tellusque remugit,
Sanguinolentus & vndique Mars sua fulmina torquet,
Et iam iamque polo misceri terra videtur:
Vinceret hic Niobes saxum, vel Tigridis ortum,
Certaretque animo rabida cum gente Leonum,
Cui non mens concussa malis in turbine tanto
Contremere, vel qui non publica damna doleret,
Vulnera nec sacri coetus, clademque futuram
Penderet, aut animo sentiret fata sagaci.
Sed ne spes omnis sit fracta & meta salutis,
Nec Gens sacra putet, se cassum in vota vocare
Authorem Fidei, & vitæ super astra datorem:
Mens est confirmare animos hoc turbine mæstos
Insigni insignis Vatis, qui symbola docta,
Christicolis, magnis factis, atque arte reliquit,
Inter, & insidias mundi, sortisque procellas
Euasit tutus Verbi munimine sacri
Ceu forti cinctus Clypeo, palmamque recepit,
Ergo adsis mihi conanti tu Numine dio
Qui, pie Christe, tuum iuivisti Numine Vatem,

Vatem

Vatem magnanimum, pietate per æthera notum
Diuum Lutherum, mundi velut vltimum Eliam.
Et tu vir, multa pietate colende, fideque,
Inclyte Mecænas longa dignissime vita:
Æquo animo, ac hilari mea dicta capessito fronte.

Præful vt Aufonius cum Cæsare, & ordine raso
Et mundi furiosa cohors, & Numina Auerni
Contra Lutherum belli violenta pararent
Prælia, & auderent Diuini fulmina Verbi
Supprimere, ac penitus subuertere Iura salutis:
Mente Leonina contra hic audentior ibat,
Ac spe Diuina fretus sua damna leuabat,

Nam spes illius, ac animi fiducia sola
Fixa recumbebat diuino in Numine Christi:
Propterea insigni tali vir fortis ouabat.

Cœruleo in Clypeo Rosa candida flore venusto
Stabat suaueolens, quam non confundere venti
Aura susurrantis poterat nec floris honorem
Decutere aut suauem illius corrumpere odorem.

Deinde corona Rosam viridi velabat amictu,
Inque Rosæ medio lucebat cordis imago:
Ac in corde illo crux aurea fixa nitebat,
Vmbonem at Clypei ornabant hæc verba Figuris
Sculpta nouis, signant quæ symbola docta piorum:

Cor cruce confixum media sub mole dolorum
Sentit opem Christi, & Rosulæ diffundit odorem.

Iam verò causas aperi mihi Musa latentes,
Et memora, insigni cur hoc vir fortis ouarit?
Quidue notent culti picturæ in imagine scuti?
Quidue Rosa hæc niueo depingat floris honore?
Et Rosa quid suauis designet floris odore?

Nonne notat nobis Christum, qui leniter auras
Spirat odoriferas, & flammam spargit Amoris
Ætherias, hominumque animos dulcedine mira
Afficit, & querulos remouet de corde dolores.

Tu ROSA Sancta, Deus, nulla violata pruina
Diceris, & mentis diuinæ effundis Amores.
Tu peccata hominum, tu noxia Crimina Mundi
Tollis, & indomiti submergis in æquoris vndas.

Spes mea, Christe, mei sincere ô pectoris ardor,
Tu Candore Rosas superas, & candida Solis
Lumina, tu stimulos, & acerbæ spicula mortis
Frangis, & astringere rursus nos asseris aulæ.

Ergò agite huc omnes, celeri pede currite, passim
Accelerate, quid ô saltem dubitatis inertes?
Quisquis ades, citò rumpe moras, non fallat euntem
Te via, quæ Christi roseo est rata facta cruore,
Suscipite ô populi hunc animo, plausumque celebrem
Edite voce alta, vestri penetrata cordis
Læticiâ exultent, ac audiat æthra triumphum.

Gaudeat in Domino Cor vestrum: ô fidite flori,
Erigite hîc animos, vestram fundate Salutem
Huius in auxilium, de cuius vulnere manat
Omne bonum, & de quo pendet spes vnica nostra,
Omnibus hicce pijs iucundi habitacula cordis
Præbet, in augustis qui rebus corda Rosarum
Floribus insinuant, & floris odore quiescunt.

In te Christe Deus, roseo qui sanguine roras
Reclino mentem, & mea mens tranquilla quiescit,
Et licet ægra Crucis moles, & magna malorum
Copia circumstet, simul ac densissimus Imber
Urgeat hic iustos, rerum & discrimina mille
Circumdent latus illorum, & ceu mœnia cingant:
Non tamen ad scopulos allident corda piorum,
Non animi vires rabiosa potentia mundi
Confringet, iustis non vlla ruina nocebit,
Spes hos alma fouet, lucisque reducit in oras.

Nam ROSA cœlestis de Summo confita Patre
Offert subsidium cassis ope, & agmen inerme,
Viribus humanis nudatum, & robore Martis,

Defen-

Defensum præstat, nec sunt, qui tendere contra
Sufficiant, iræue globos effundere in illud,

Hæc animos reficit pressos mœrore malorum,
Hæc animi lenit curas, hæc robora præstat
Mentibus humanis, & vires sufficit ægris;
Si modò si nostris animis supponimus illam,
Et quo Crux grauior mortales corripit ægros,
Ac quò plus homines Fortuna molestat iniqua,
Auxilium fit eo præsentius, atque medela
Certior efficitur, quæ turbida pectora lenit.

Præterea non Mygdonio de marmore facta est
Crux, nec Caucas ea de caute, aut rupe Sionis,
Nec scopulo ex illo, quem Mosis dextera soluit
Incussu Baculi, de quo mox copia dulcis
Fluxit aquæ, & laticis manauit vena perennis,

Verùm pura fuit preciosi massa metalli,
Massa ex umbriferis terrarum effossa cauernis,
Aurifaber solers quam prensam forcipe curuâ,
Ter, quater, igne probat, lacubusque immittit & indè
Educens puram, labe omni & fece carentem:
Tum demum crucis effigiem concinnat in arctam.

Salue ergò æternum Crux, ô Crux Aurea Salue
Salue, & me donis exutum, & honoribus orbum
Erige, & aduersæ fortis compesce boatus.

Na m Deus ipse suo fecit te sanguine mundam,
Fecit & auratam te, cum trabe fixus ab alta,
Singula subtristi luxatus membra dolore,
Purpuream cum vitâ animam exhalaret in auras,

Ergò quis negliget cœlestis gaudia vitæ?
Gaudia purpureo Christi reparata cruore?
Gaudia perpetuum nobis mansura sub æuum?
Gaudia perpetuis non marcescentia seclis?

Quid dicam vltius? Num copia dura malorum
Opprimet hîc iustos? nec erit qui dura leuaret
Pondera? num sub mole Crucis mens ægra fatiscet?
Aut spes Iustorum patietur forte ruinam?

Non

Non sic: in iustos nam cum fors aspera grassans
Multis imperiosa modis, saevo impete torquet
Fulmina, flammarumque globos iræque procellas,
Tum tuti resident Clypei munimine tecti,
Nec spes illorum, nec honor sub sorte labascit
Aduersa, magis sed vernat, crescitque premedo.



Nos



V. M A G N I F I C O

Clarissimo:

ET I V R I S C O N

S V L T O ET M E D I C O N O

B I L I S S I M O, P H I L O S O P H O C E

leberrimo, Dn. Doctori G E O R G I O am & vom

VVald, in Dürnhoff &c. Domino & patrono

suo perpetuâ obseruantia

colendo.

S. D.

PAnde fores AmWalde, cliens tuus alite dextro,
Ritè salutatum teque tuosque, redit.
O fortunatam diuino munere lucem!
Orta diu non est quâ mihi candidior.

Viuida me recreant tua, suauiter, ora tuentem.

Exhilarant alios ora serena Ducum.

O me felicem nimium! vt me, credere non est,

Dulcior Hyblæo vox tua melle iuuet.

Vox, sacra, docta, decens, pietatis plena disertæ,

Nunc traxisse reor Orphea saxa lyrâ.

Ecquod enim (centum si tecum iultra morarer)

Ecquod verbum aliud euolat ore tuo?

E sacrosancti magno nisi codice verbi?

E que libris sumtum Diue Luthere tuis?

Aut è naturæ penitis penitralibus ortum?

Nempè orbis triplex machina quicquid habet.

Arbor Christus, ait, Vitæ manet vnica. ramus

Vnus, vera Fides, mutuus, alter, Amor.

His alis vatam sacram sublatus in arcem,

Expers erroris, ire redire potest.

B

Maxima

Maxima iam monstras Herois dicta Lutheri,
 Rubricâ vigili dicta notata manu.
 Iam contenta sacris ostendis chemica libris,
 Sub quibus ipse Deus mystica sacra docet.
 Iam scelera intuitus mundi, moresque, futuros
 Euentus mirâ dexteritate notas.
 Hâcce citis citius tecum ratione quadrigis
 Lux abit. Ah quid lux? sic mihi mensis abit.
 Mille quid enumerem scripta hîc Regumque Ducumque
 Doctorumque hominum nobiliumque virum,
 Certatim Panace quibus hanc celebratur in horam,
 Et mille expetitur in mala mille locis.
 Carmina quæ vidi vatis mellita Melissi
 Ipse lubens, vatum, næ, sine lite Ducis!
 Quamque tuos doctissimus ille Idiota labores
 Laudat, & artificii simplicitate canit!
 Prædicat Artomedis quàm te pia Musa Sebasti,
 Limpidulo numeris purior amne fluens!
 Tum verò felix magni æmulus ille Melissi
 Taubmanus, nostræ cultor amicitix,
 Quem sese ostentat? sibi vates ipse videtur
 Non satis in laudes oris habere tuas.
 Scripta quot Albiacis, quod carmina misit ab oris?
 Proh, bone Mæcenas, quàm studiosa tui!
 Te patrem vocat, & si quid patre sanctius orbe est,
 Promittitque suam tempus in omne fidem.
 Illud vbi os mendax, os dignum rustico oleto,
 Desciuisse viros hos malè deblaterans?
 Causâ huius furix quis dogmata vera negaret?
 Quisue lubens tali cum furiâ fureret?
 Iste vbi scurra, vbinam, perfrixtæ frontis, & oris
 Distorti? victum quod crepat vsque Panax,
 Scilicet vt bellum bellum est; vt Parcaque parcit;
 Vt libare Libaff de pietate solet.

O equi

O equitem Vtopiæ lepidis ficulneum ab oris!

Dignum, aures duo qui tinnula sinistra gerat.

Crescis, te liuor decrescere dum impius optat,
Dum insanit Momus, tu bene, sanus, agis.

Immisso sterni poterit si pondere Palma:
Deficiet Panace viribus alma suis.

Morbida nunc terris grassantur tempora. Non sat
Semina morborum trita medela domat,

Ergò ad te varijs á doctis scribitur oris.

Ad te cum certâ, dante Deo, itur ope.

Ettamen infelix Polyphemus & inuidus, ausit
Inuehi in æterni munera summa Dei?

In Christos Domini, medicos, Iurisque peritos
Heu scelerata, lubens, qui maledicta vomit,

Ille, legendum inter, cui spernitur ore proteruo
Hunnius, en sacri quanta columna gregis!

Quo nunc Theiologum sol adspicit haud mage doctum,
Quem timet Huberus, Calua tremitque cohors;

Qui malus inuidiâ & maledictis pascitur, anguis
Iste Engelharto parcat, & iste tibi?

Non abs re quendam iuuenem doctissimum, vt istum
Deuitet colubrum, Mylius ille monet,

Quem Iena miratur tonitru sacra templa cientem,
Qui cluet ingenio, qui pietate cluet,

Ipsè, alijs, plenus rimarum, crimina dicat?
Criminibus plenus, carminibusque malis?

Fætida pro pulcris obtrudens stercora gemmis,
Inuitus, Fato, stercora sæpè vorat.

Ecce nouum autem Theiologum! en
polypragmona, cui falx

Inquies in messem mittitur alterius!

Qui præcepta alios artis docet, ipse
docendus,

Fastu odioque tumens scurra, so-
phista vafer.

Stinckens
ritter.

Theologaster Libanius,
accidentarius, in Deum
scilicet cadere accidentia.

Er hat sich Stü / zu
schand vnd spoe / zum
Narren / vnd zu Tod
Disputirt.

B 2

Cogitur

Cogitur edicto præstare silentia, dum quid
Accidere in Iouam voce furente vomit,
Cælum adeò terræ damnata superbia miscer,
Arrio ita ambitio pernitiõsa fuit.
Non est, multa in quem scribantur, credite, dignus,
Pix atrectantes in quinat atra suos.
Tu meritis omnis culpæ sat redderis insons,
Sat tua te virtus, sat pietasque beat.
Iste ecquid didicit, nugas nisi vendere? dignum
Tam lepidum nugis pascier ergò caput.
Mensque Engelharti, recti sibi conscia, videt
Dictata à Satanâ crimina Libafij.
Hic scelus? annè ministerij vir dedecus ille?
O scelus, hæc à quo vox scelerata venit!
Rimpachium dicat, verax Greglinga loquatur,
Nunc Martinshemius incola significet.
Ille fide summâ Christo Archiepiscopo Iesu
Acta, suoque Duci, factaque cuncta probat.
Sic probat, vt iam humeris, fato votoque supremum
Euectus portet grandius (audin?) onus.
Quæ lex fex ista est? & episcopus iste, Georgi,
Hic quod agat, quid habet scopticus iste rei?
Interea pater omnipotens manifesta fauoris
In te signa sui dat, benè nota mihi.
Maximus Imperij princeps hoc turbine rerum,
Brandenburgiacæ stella decora domus,
Pacis amans, Patriæ Pater illustrissimus, almæ
Relligionis honos, teque amat, atque fouet.
Femina tum verè princeps, heroa virago,
Donatuxæ mentis, aulaque tota, colit.
Quid? maiora loquar. Te maximus arbiter æui
In patrocinium suscipit ipse suum.
Hoc Engelhartus diuinæ præco salutis,
Hoc tute, hoc & ego, vindice, saluus ero.

Vult

Vult Deus illesam Panacem. Quosdam adspice primos
Hostes, te viuo, quos fera Parca tulit.
Si quit, Christe hominem ad meliorem ducito frugem,
Si nequit, intereant ausa nefanda viri
At Panacea, vicens semper, Panacea manebit,
Donec in humano corpore morbus erit.

Tuæ Nobilitatis & Excell.

obseruantissimus

Benedictus Figulus Vten-
houius, Ecclesiæ Lipper-
husanæ Pastor.

Very faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical or religious context.







Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

1077





L. II.

51



ARMEN HEROICVM

Insignia Megalandri Lutheri complectens.

VIANNE

EST ELEGIA, IN

DEM PANACEÆ AM-WAL-

eiusque autoris sua arce Dürnhouia inter
Onolzbacum & Dünckespüllum

sita degentis,

facta

BENEDICTO FIGVLO

Vrenhouio.

Cl. 2310



cl.

STVTGARDIÆ,

Imprimebat Marcus Fürsterus,

M. DC,

